Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



tuum ingrediens domũ dei. ⁊ ap-
propinquia ut audiat. melior enim
melior est obedientia q̃m stultorũ
victime. qui nesciunt q̃d faciãt
mala. Ne festines quid loquaris
neq; cor tuum sit velox ad profe-
rendum sermonem coram domino.
Deus enim in celo ⁊ tu super ter-
ram. ideo sint pauci sermones tui.
Multas curas sequitur somnia.
⁊ in multis sermonibus inuenitur
stultitia. Si quid voueris deo ne mo-
ras reddere displicet enim ei. in
fidelis ⁊ stulta promissio. Sed q̃d
cumq; voueris redde. Multo me-
lius est non voucre. quam post
votum promissa non reddere. T.
Non dedens os tuũ Sabbato.
ut peccare facias carnẽ tu-
am. neq; dicas coram angelo si
est prouidentia. ne forte iratus
deus super sermones tuos dissipet
omnia opera manuũ tuarũ. Vbi
multa sunt somnia plurime
vanitates ⁊ sermones in numero. T.
Verumtamen time. si videris
calumpnias egenorũ ⁊ violenta
iudicia ⁊ subuertiri iustitiam in pro-
uincia non mireris. nõ mireris
super hoc negotio. quia excelso a
suis excelsior est ⁊ super hos quos
eminentiores sunt alii et iste super
omnes ire rex imperat seruienti.
Anima non implebitur pecunia
⁊ qui amat diuicias nõ capiet
ex eis fructum. Et hoc est vanitas.
Vbi multe sunt opes et multi q̃
comedunt eas. ⁊ quid prodest pos-
sessor nisi quod cernat diuicias
oculis suis. T. Dulcis est somp-
nus operanti siue parum siue multum
comedat. Satietas aut diuitiarum
non sinit dormire eum. Est ⁊ alia
infirmitas pessima quam vidi sub
sole. Diuitiae conseruatae in malum
domini sui ⁊ pereunt enim in afflictione
pessima generauit filium. qui in
summa egestate erit sicut egressus
est uiuus de utero matris suae. sic
reuertetur ⁊ nihil auferet secum de
labore suo. miserabilis prorsus in-
firmitas quomodo venit sic re-
uertetur. T. Tu autem domine.

Nota post sexto kln. septembs
prima die diuica legit liber Job.
quabr ebdomadis. Ad uis cap. vnu
vlids ⁊ ord sicut in supion rub
ca. Lyr. Memento mei. L. Vanitas.

Cum audisset iob nuntios illa A.
sustinuit patienter ⁊ aut si sus-
cepimus de manu dei bona mala aut
quare non sustineamus in omnibus
his nõ peccauit iob labiis suis neq;
stultum quid contra deũ locutus est.
A. In omnibus his non peccauit iob la-
biis suis neq; stultum q̃d contra deũ
locutus est. A. Cuncti mei timores sui
cutis mea aruit desolata caro os me-
um putruit nimis datus sum in oppro-
brium mundo ⁊ iam non cognoscor ab
inimicis meis. A. Audiui auris audi-
ui te nunc autem oculus meus uidet te id
circo ipse reprehendo me ⁊ ago penitentiam
in fauilla ⁊ cinere. A. Quietas hoc mag-
nates ⁊ pecunia responde michi cur facie
tuam abscondis ⁊ arbitraris me inimi-
cum tuum. A. Cum egrotasset iob fle-
uit ⁊ dixit noti mei ⁊ propinqui mei
deseruerunt me cuncti mei ser-
uiunt sunt caro mea immutata est
dies mei breuiantur uidete os pli
si est dolor similis sicut dolor meus.